

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus ascetico-theologicus de conscientia erronea - Cod. Ettenheim-Münster 75

Cartier, Jean-Baptiste

[S.l.], 1733

Ad Lectorem

[urn:nbn:de:bsz:31-108631](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108631)

Ad Lectorem

Duo tibi, candidissime
 Lector sunt necessaria Consci-
 entia et fama, ait D. Ambro-
 sius epist. ad Constant. Con-
 scientia propter Deum, fama
 propter proximum. Consci-
 entia namque recta nos Deo gra-
 tiores pulchrioresque reddit; fa-
 ma autem, quam illa nobis pa-
 rit, nos apud proximum cha-
 riores, illustrioresque efficit.
 Quovero facilius illa
 ornare, vestire, ac perpolire,

istam vero acquirere, augere
in dies ac conservare valeas,
En tibi impresentiarum qua=
dam pro ingenii nostri temerari=
tate Selegimus praesidia,
non solum ad praesens propo=
situm sed accomoda, verum
etiam ad quemdam consum=
matae gratiae statum adipis=
cendum non minus idonea; in
haec quippe Theologia disser=
tatione toti incumbimus
ut non solum mentem instrua=
mus, Sed etiam cor seu cons=
cientiam purificemus; quod
ut plenius ^{amur} assequeremur, in
finem cuiusq; capituli asceti=
cam adnectimus. reflexionē
quam ~~de usum quod se per pparessu oppu~~
~~quodammodo a proposito a nobis de libertate~~
~~theologiae mentis et cordis no~~
~~capitur.~~ Jam sicut nemo inficias ire
potest: Si conscientia nostra recta
sit ac pura, profecto per eam, quem=
dam Consummatae gratiae statum
possidemus; imo iam in hac mis=
eriarum valle gustamus, quā suavis
sit Doming. psal. 33. Et quam

4²
magna multitudo dulce-
dinis eius. psal. 30. Non
enim est oblectamentum
super cordis gaudium
Ecclesi. 30. Neque aliquid
ditius, aut dulcius, aut
securius bonâ conscientia
D. Bern. l. de Cons.

Quod si vero amice Lec-
tor ad vota tua minus
arideat noster iste labor
~~etiam si minus subtili-~~
~~ter minusque dignè ac ^{dilucide} ap-
te tractata tibi videantur;~~
non tamen inde animo daii-
cimur, sed potius prudentia
ac pietati tuae innixi, qua
deumana noverit compati
infirmiitati nostrae erigimur;
Idque eo magis, quod per
presentem tractatum non
tam alios, quam nos met-
ipfos instruere satagamus;
Quapropter si interdum
ad te eruditionis gratia
verba facere videmur,
ad nos ipsos potius directu

esse Sermonem Sincere profi-
temur. Quis boniq; igitur consulas
velim placita hae ascetico-
Theologica, ac pro modico sus-
cepto labore solatium tuae
orationis nobis dignanter
impende, in qua recompensa-
tione s: verba sunt Gregorij
magni in Epist. moral. s: Lec-
tor meus me superabit, sicut
per me verba accipit, pro
me lacrymas reddat. vale.

† Tractatus ascetico-Theo-
log. Logicus
de
Conscientia

7 Dissertatio Theologica
~~de~~
Conscientia

Presentem hunc tractatum
in 8. dividi-
mus capita. In 1^o de natura
conscientia. In 2^o de eius multipli-
ci divisione. In 3^o de conscientia erro-
nea. In 4^o de conscientia dubia. In
5^o de conscientia probabili. In 6^o de
conscientia lata. In 7^o de conscientia
scrupulosa. In 8^o deniq; de consci-
entia bona et mala. Porro caput
5^o ac 7^o in ea quod utrumq; mul-
tis abundet difficultatibus, paulatim
sufius sit expendendum, in va-
rios partitur articulos ac para-
graphos. Et is erit ordo capituli
huiusce ^{tractatus} dissertationis. modo
sit.